Negotiorum Geſtio

- *Producit*
  - *Obligationem*
    - *Geſtoris ad*
      - *Mediam diligentiam præſtandam* regulariter. *d. l. 20.* nam ob concurrentes circumſtantias præſtatur quandoque Culpa
        - Lata tantum. *l. 3. §. 9. ff. h.*
        - Leviſſima. §. *1. I. d. obl. quæ quaſi ex contr. j. L. 36. ff. d. R. J.*
        - Caſus fortuitus. *l. 11. ff. h.*
      - *Reliqua reſtituenda* cum uſuris. *l. 31. §. 3. ff. h.* maximis, ſcilicet ſi pecuniam in uſus ſuos converterit. *L. 38. ff. h. j.* Brunn. *ad d. l. n. 3.*
      - *Rationes reddendas. l. 2. ff. h.*
    - *Domini negotiorum ad indemnitatem* ſpectata geſtoris
      - intentione, non fortuito exitu. *L. 10. §. 1. ff. h.*
      - probabili impenſa. *l. 25. ff. h.*
  - *Actionem vel*
    - *Directam*, competentem Domino adverſus geſtorem, ut obligationi ſuæ ſatisfaciat.
    - *Contrariam*, quæ datur geſtori adverſus dominum, ad indemnitatem conſequendam.
    - *Utraq;*
      - Competit hæredibus & adverſus hæredes. *L. 49. ff. d. O. & A.*
      - *eſt vel*
        - *Directa*, omnibus requiſitis negotiorum geſtionis concurrentibus locum habens.
        - *Utilis*, quæ uno vel altero requiſito, non tamen cauſa finali hujus actionis deficiente applicatur. *l. 17. C.* atque in effectu non differt ab actione directa. *L. 47. §. 1. ff. h.*
- *etiam hodiè non rarò ſuſcipitur* inter Sangvine ſimilive vinculo junctos, quorum utilitas fidejubendo, adminiſtrando, comparendo cum cautione rati in judicio, vel alio modo promovetur, imò etiam inter Extraneos, ſive ex commiſeratione, ſive ex amicitia, aut alia cauſa, cura hæc negotiorum proficiſcatur. *Conf.* Schilt. *ad π. Ex. 10. th. 59.*

1. Alimenta ex liberalitate aut pietate præſtita repetere non licet. *a. L. 11. C. h.*
2. Qui prohibente Domino illius Negotia adminiſtrat, nec directam, nec utilem negotiorum geſtorum actionem adverſus ipſum habet. *a. L. f. C. d. neg. geſt.*
3. Culpa eſt immiſcere ſe rei, ad ſe non pertinenti. *L. 36. ff. d. R. J.*
4. Ubi quis ejus pecuniam, cujus tutelam negotiave adminiſtrat, aut Magiſtratus municipii publicam in uſus ſuos convertit, maximas uſuras præſtat. *L. 38. ff. h.*
5. In Negotiorum Geſtione non eventus ſpectandus eſt, ſed Negotium utiliter cœptum. *L. 10. §. 1. ff. h.*
6. Utiles & directæ actiones ex contractibus ejusdem poteſtatis ſunt, eundemque effectum habent. *L. 47. §. 1. ff. h.*

Tit. 6.
De Calumniatoribus.

Calumniatores ob negotium Calumniæ cauſa faciendum pecunia accepta, *l. 1. §. 1. ff. h. puniuntur*, *vel*

- *Criminaliter*, cum falſum crimen intenderunt. *l. 1. §. 1. ff. ad SCt. Turp.* & quidem *in Crimine*
  - *Publico*, ex L. Rhemmia. *fac. l. 1. §. 2. ff. ad SCt. Turp. j. l. 13. ff. d. teſtib.* ſimilitudine ſupplicii. *l. f. C. d. calumn. j. L. 3. C. eod.* adeò ut in ipſa ſententia definitiva cauſæ principalis ſimul de calumnia pronunciari ſoleat. *l. 1. C. h.* Brunn. *cent. 5. d. 29.*
  - *Privato* extra ordinem. *l. 8. ff. h.*
- *Civiliter*, *v. pag. ſeq.*